

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 62 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 133.

Cod. LXII. n. 1.

133.

Cod. LXII. <sup>deest</sup>membran. 4<sup>to</sup>. Sæc. 13.1.  
5.3.

Porphyrü Ysa-  
goge de quin-  
que predicabi-  
libus Aristot.

(a) Chrysaori

Porphyrü Ysagoge de quinque predicabilibus Aristoteli. Titulus est: "Incipiunt ysagoge porphilü ad Categorias Aristotilis". Initium: "Cum sit necessarium Grisarori (a) et ad eam que est apud Aristotelem predicamentorum doctrinam nosse quid sit genus quid species". Finis: "Sed sufficiant etiam hæc ad descriptionem eorum communita- tum et traditionem. Explicit liber porphilü".

Cujus nostra ex græco latina sit versio, me latet, non esse Julü Sacü, quo castat in edit Op. Aristot. Du Vallü Paris. Fol. 1634. Edotatis docet, Joh. Lassus Victorini Rhetoris, qui Ysagogen Porphyrü latine reddidit. Convenit autem cum versione, que Lupis prodit Venetüs per Andr. de Hula 1483. Fol. in Biblioth. nostra A 2.3.

Porphyrus J. patria Syro - Phoenicum lingua. Malchus natus a. ch. 233. natione Judæus, professione Philosophus, fide Catholicus, fidei temporibus Diocletiani abjurata, acerrimus illius hostis factus, Roma obiit. Septuagenarius major. In gratiam Chrysaori, sui quondam discipuli, patricii Romani, qui Aristotelem satis intelli- gere nequiret, hæc Ysagogen seu Introductionem exaravit. Vid. Fabric. Bibl. græc. lib. IV. 2. 27. p. 187. et ibid. p. 204. Lucæ Holstenii de vita et script. Porphyr. dissertat.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 62 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 134.

157.

Cod. LXII. n. 2.3.

Aristotelis  
Categoric.

2.

Aristotelis Categoric, seu Prodicamenta. Titu-  
lus: "Incipit Liber predicamentorum Aristotelis."  
Initium: "Equivoca dicuntur quorum nomen se-  
cum commune est." Finis: "sed qui consueverunt  
dici per omnes enumerati sunt. Explicit  
Liber predicamentorum aristotelis. Deo grās amen.  
In edit. Opp. Aristot. citata habentur T. I. p. 20.  
sed versio alterius est.

Gilberti Por-  
retani Lib.  
de Principi-  
is.

3.

Gilberti Porretani Liber de sex principis. Titu-  
lus: "Incipit Liber sex principiorum." Initium:  
"Forma est compositioni contingens simpliciter  
et invariabili essentia consistens." Finis:  
"Cui inest secundum naturam moveri ubique."  
Explicit Liber Sex principiorum. Quisquis  
superius editum est in antiquis latinis Aristo-  
telis editionibus, tantique ab Alberto Magno  
estimatum, ut illud proprius explanaverit com-  
mentarius, quos habes octo tractatibus in edit.  
Opp. Alb. M. T. I. p. 104. et seqq.

Gilbertus Porreta seu Porretanus, Philosophus  
Subtilis, patria et Episcopus Pietaviensis,  
Scriptis clarus, vivere desit 1154. A S. Ber-  
nardo erroris de SS. Trinitate inculpatus, in con-  
cil. Lemensi 1148. Scripta sua benigne inter.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 62 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 135.

Cod. LXII. n. 4.

755.

„pretari coactus est. De hac controversia vid.  
 Otton. Frising. l. i. de reb. gest. Frid. Imp. c. 46.  
 et Legg. Baron. Anal. ad an. 1149. De Gilberto  
 Jusse Oudin. de Script. eccl. t. 2. col. 1276.

Aristotelis  
 Perihermeni  
 as.

H.

Aristotelis liber ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, seu de  
 Interpretatione, scilicet nominum ad verborum,  
 atque adeo de enunciationum vi ad significatione.  
 Titul: „Incipit liber primus perihermeni A.  
 „ristotelis“ Init: „Primum oportet constituen  
 „quid sit nomen et quid verbum“. Finis:  
 „Simul autem eidem non contingit inesse contra  
 „ria. Explicit liber perihermeni amen. deo  
 „gratias amen. 1478.“ Versio ab illa, que est  
 in edit. Du Vallæ, discrepat; forsitan est Joh.  
 Argynopolis, cujus translatio in antiquis latinis  
 Aristotelis editionibus occurrit.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 62 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 136.

106.

Cod. LXII. n. 5. - Cod. LXIII.

Aristotel.  
Analyticor. pri-  
orum lib. 2.  
et posteriorum  
lib. 2.

5.

Aristotelis Analyticorum priorum libri duo,  
et posteriorum totidem. Galenus de libris pro-  
prios B. 4. p. 367. inuit, veram et antiquam  
inscriptionem Analyticorum priorum fuisse de Syllogis-  
mo; posteriorum de Demonstratione. In edit.  
Du Vallii habentur B. 1. p. 79. In codice nostro  
titulus est: "Incipit liber primus priorum ana-  
lyticorum Arist." Init: "Primum oportet dicere  
circa quid et de quo intentio". De versione nihil  
certi habeo. Ceterum integer codex multis est  
refertus annotationibus marginalibus.

Jo. Regiomon-  
tani Tabula  
Directionum).

Cod. LXIII. descl.

Chartae. 4<sup>to</sup> min. Saec. 16.

Joannis Regiomontani Ludus Paënoniensis, seu  
Tabula Directionum projectionumque, cum  
sinuum Canon ad radium 6000, contra Archi-  
diakon. Parmensem. Prologia est Epistola dedica-  
toria, cujus Lubrica sonat: "Reverendissimo  
in X<sup>to</sup> patri ac domino domino Joani Archiepis-  
copo Strigoniensi Joanes de Regio monte se humili-  
ter comendat; initium vero: "Magnam esse  
admodum et fuisse semper in edendis libris" chi-  
Finis: "quas ubi pro acumine ingenii sui pro-  
"baveris in publicum prodire jubeto Vale presulum  
"decus". Sequitur dein institutio de usu tabularum

## **Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 62 [Verbleib unbekannt]**

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27405](https://manuscripta.at/?ID=27405)